



M  
S. 920<sup>3a</sup> 4<sup>o</sup> 2

9  
2

G. q. 106. a.

VOTIVÆ ACCLAMATIONES.

Quibus  
NOVAM BERGENSIS PRÆSULIS  
DIGNITATEM

VIRO

*Reverendissimo atque Excellentissimo*

JOACHIMO JUSTO  
BREITHAUPTIO,

S.S. Theol. Doct. & Profes-  
sori Publico Primario, Serenissimi ac Potentis-  
simi Borussia Regis Consiliario Consistor. Gravisimo,  
Ducatus Magdeb. Generali Superin-  
tendenti,

Cum  
ILLUSTRE HOC MUNUS  
SOLEMNI INITATIONIS RITU,  
IPSI CALEND. NOVEMBRIS  
d<sup>o</sup> b<sup>o</sup> CCIX.

AUSPICATO CAPESSERET,  
DEMISSO CULTU GRATULABANTUR  
INFRA DENOMINATI.

---

MAGDEBVRGI

Typis Joh. Dan. Mülleri, Reg. Boruss. priv. Typogr.



A. & Ω.



<sup>I.</sup>  
Cenobium Montis sacri, Venerabilis  
ABBAS,

O Decus Eusebii, praesidiumque  
grave,

Dum novus ascendis, sacros ac sumere  
falces,

Insulam honorificam, NUMINE dante, licet  
Jam Tibi ceu meritam, quæ REGIS gratia MAGNI  
In Te præ reliquis, VIR REVERENDE DEI:  
Plaudimus & calidis complentur pectora votis,  
Votis quisque suis, optima quæque vovet.  
Vivas BREITHAUPTI; Numen Te firmet ex alto,  
Et Te multigena prosperitate beet;  
Spiritus ille DEI felici sine labores  
Prosperet, & verbis pondus inesse sinat!  
Sint Tibi felices sacra, quas sumis, habena,  
Quas Tibi supremi credidit alma manus,  
Quas summa cum laude olim rexere fideles  
ABBATES, sacri Gloria Magna chori,  
GOEBELIUS, Doctor nostro celeberrimus Orbe,  
LADIVS & WOLFFHARDT, Montis uterque Decus.  
Vive DEO, Patriæ, longum Bergæque superstes  
Vive Tuoque Gregi, Vive meæ Soboli,  
(Quam dignare velis quæso PER MAGNE PATRONE  
Consilio, auxilio, Meque Favore Tuo!)  
Illorum crescat salus, ut moderamine fausto  
Cenobii status floridus atque fiet!  
Ut parte ex omni DEUS & Respublica fructum  
PRAESVLE Te capiat, PRAESVLE Teteneat!

GEORGIUS ANDR. FABRICIUS,  
Pater, Pastor Dodendorff.

II.

## JOACHIMUS JUSTUS BREITHAUPT. DOC.

Per Anagramma. Eliso I.

Hic Abbas cum DEO sit tutor hujus.

**B**N Tibi, BREITHAUPT, Venerande  
 PRAESUL,  
 CUM DEO munus novum adest regendum;  
 Berga Te sanctum Caput & Parentem  
 Esse vocavit.

Dignus es certe titulis honoris  
 Hicce Vir, dum Te pietas, fidesque  
 Evehnt, & Tu meritis venustas  
 Munia quævis.

Dignus Abbatis regimen subire;  
 Dignus, ut Fratres Pater osculeris;  
 Dignus, ut tollas labefacta; Claustro  
 Dignus ad omne.

Hinc BREITHAUPTI, vigeas virili  
 Mente, qua canos decores Tuos, &  
 Qua gregum durum teneas habenis,  
 Pravaque multes.

Præfide ut prosis; Bonitate mactes  
 Haud malos, stultos jugules severe;  
 Te canat curis celebrem per orbem  
 Fama sacratis.

CUM DEO BERGAM TUEARIS ABBAS;

CUM DEO Mystas decores favore;

CUM DEO JUSTE populum regas, qui  
 Nomine JUSTUS.

CUM DEO, PRAESUL, diuturna vita;

CUM DEO simus, Duce Te, beati;

CUM DEO sis BERGIADUM secundus

COENOBIARCHA.

Sic bono juxta suavissimum Viri Reverendissimi Nomen omine lude-  
 re, Eumque novus Abbatis hoc ores in Conobio Bergensi aspira-  
 turum animo læto gratulabundus prosequi ardebat

JOHAN. FRIDER. SAUBERZWEIGIUS,

Ostervveddingensium Pastor.

III.  
EMPLEMA:

Adolefcens ad Montem flexis genibus fe applicans  
manusque fuas fufpirando elevans.

LEMMA:

Surfum, Deorfum.



*Surfum* Ipectantes ad Coeli fidera clara  
Percipiunt animo nil nifi lata fuo;  
*Surfum* Ipectanti folamina magna *Deorfum*  
Auxilium optatum, dona; larga fluunt,  
*Surfum* Ipectemus; redeunt Bergæ optima fatâ,  
Gaudia quæ pariunt, triftia quæque fugant;  
*Surfum* concendit Montem *Breithauptius*, ille  
Doctor Theiologus, *Cænobiarcha* novus;  
*Surfum* devoto fufpiro corde, *Deorfum*  
Supremus Cordi gaudia magna ferat!  
*Surfum* vice precor demittat Verba *Deorfum*  
Sacra Tuo usque Ori Confilia atque bona!  
*Surfum* tendo manus teneras, ut Jova *Deorfum*  
Et Tua facta Manus & facienda beet!  
Non noceant Capiti Montis nec flumina Mundi,  
Flamina nec lædant, fulmina nec noceant!  
Nam fi tale capis, quoque Me pergrata *Deorfum*  
A Probitate Tua tangere Ipero, precor!  
Id quod contendo votis precibusque *Deorfum*  
Ut bona concipiam forte, Favore Tuo.  
Atque Deum rogitæ, longos Te fervet in annos,  
Ut falvus valeas, fit Tibi Jova juvans!  
Sit TIBI Io Va IVVans & feMper Inng VLa rIte  
Ex Voto CeDant, grataq Ve qVæq Ve TIBI!

JOAN. ANDR. FABRICIUS,  
Filius,



78 M 350

ULB Halle 3  
001 592 122



56.

Petro V







# VOTIVÆ ACCLAMATIONES,

Quibus

BERGENSIS PRÆSULIS  
DIGNITATEM

VIRO

*ssimo atque Excellentissimo*

HIMO JUSTO

THAAPTIO,

ol. Doct. & Profef-

imario, Serenissimi ac Potentis-

egis Consiliario Consistor. Gravisimo,

us Magdeb. Generali Superin-  
tendenti,

Cum

LUSTRE HOC MUNUS

NI INIATIONIS RITU,

IS CALEND. NOVEMBRIS

cl<sup>o</sup> CCIX.

ISPICATO CAPESSERET,

CULTU GRATULABANTUR

INFRA DENOMINATI.

MAGDEBVRGI

, Dan. Mülleri, Reg. Beruff. priv. Typogr.

